

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 4: De aliis virtutibus Caput 26: De honestate vite (6)

Idem (Bernardus):

Tenenda est in omnibus verecundia pudicitie comes,
cuius societate castitas custoditur.

Esse enim in inverecundis oculis
et lascivis sermonibus libidinosus animus deprehenditur,
et per exteriorem hominem interioris hominis vita monstratur.

Quapropter tenenda est in omnibus verecundia pudicitiae comes,
cujus societate castitas ipsa tutior erit.

Bonus enim regendae castitatis pudor est comes,
qui si repellat prima pericula, pudicitiam vulnerari non sinit.
Etenim in inverecundis oculis,
et lascivis sermonibus libidinosus animus deprehenditur;
et per exteriorem hominem interioris hominis vita monstratur.

Iohannes de Fruttuaria, *Tractatus de ordine vitae et morum institutione*, 2.4 (PL 184, cols.563C-D).

Est enim uerecundia pudicitiae comes,
cuius societate castitas ipsa tutior est.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 1.18
(CCSL 15, M. Testard ed., pp.25-6, ll.19-20).